Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



71

VEM AM MO DV DESI DERAT

Quem ammodum desiderat cer uus. non in merito hoc animal comparatum est fidelibus, est enim primo innoxium, dein uelocissimum, tertio spiraculosum, Serpentes naribus trahit, quem ut uorauerit aestu ante ueneno ad fontem festinat, hoc nos ammonet ut quando uenena haurimus antiqui serpentis. ad fontem diuinae misericordiae festinemus, fons enim semper est inriguus. significat xpm,

CERUUS AD FONTES AQUARUM. ITA DESIDERAT ANIMA MEA AD TE DS,

Sitiuit anima mea ad dm ÷ fortem: uiuum. quando ueniam & parebo ante faciem di,

Sitiuit anima mea. non ad mortua simulacra. sed ad illum qui dixit, uiuo ego dicit dns, quando ueniam. scilicet tunc manifestus apparebit. quando nos in iudicio suo misericorditer inspexerit,

Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. dum dicitur mihi cotidie

Sicut enim corpus saciabitur pane. ita anima per lacrimas speratur remissionem peccatorum, diem prosperitatem, noctem uero tristiam debemus accipere, per haec omne tempus uitae huius indicatur, dum dicitur mihi cotidie, hoc enim dicebatur assidue persecutionis tempore xpianis. n est quinos uindicet sustinete quae uolumus,